

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Cornelius Nepos perperam vulgo Aemilius Probus dictus,
De Vita Excellentivm Imperatorvm**

Nepos, Cornelius

Lipsiae, MDCCXIV

VD18 12591890

XXI. De Regibus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16472

¹⁰ cuius liceret, de quo vellet, ¹¹ impune dicere.

4 Hic cum ¹² diem supremum obiisset, ¹³ publice a Syracusanis, ¹⁴ in gymnasio, quod Timoleonteum appellatur, ¹⁵ tota celebrante Sicilia, sepultus est.

¹⁰ cuius liceret, de quo vellet, impune dicere] Plutarchus p. 254. precatum a diis fuisse, ut possit Syracusanos videre τῆς παρρησίας κρείστος γενομένης. C.

¹¹ impune] est libere q. d. sine poena timenda vel instigenda.

¹² cum diem supremum obiisset] Diodorus XVI. 91 addit σεπτηνήσα: ἔτη ὀκτώ octavo imperii anno dubium relinquens, num solus praefecturae bellicae annos an etiam quietis & otii intelligat. C.

¹³ publice] sumtu ducentarum minarum, Plutarch. & Diodor. c. l. facto simul decreto, ut quotannis in honorem Timoleonis ludi equestres, gymnici, & musici celebrarentur. C.

¹⁴ in gymnasio, quod Timoleonteum] in foro sepulcrum extruxerunt, quod porticibus postea cinctum, & palaestris inaedificatum fuit iuuentutis exercendae causa, idque gymnasium Timoleonteum appellatum est. Plutarch. extremo Timal. C.

¹⁵ tota celebrante Sicilia] Plutarchus c. l. Tempus datum est & Syracusanis ad apparandum funus, & vicinis ac peregrinis ad conueniendum, τοῖς περιούτοις καὶ ξένοις εἰς τὸ θυελάθειν. C.

XXI.

DE REGIBVS.

ARGVMENTVM.

1. De ducibus Graecorum haecenus: reges non nomine, ut Spartani, sed potestate clariore suere Cyrus, Darius, Xerxes, duo Artaxerxes: 2. Macedonici, Philippus & Alexander: Epirorensis, Pyrrhus: Siculus, Dionysius: 3. ex Alexandri amicis Antigonus, Demetrius, Lysimachus, Seleucus, Ptolemaeus, civilibus bellis sibi mutuo infesti: de quibus quod satum dictum est alibi, ad Carthaginenses duces properatur.

Hi

Hi fere fuerunt ¹ Graeciae gentis duces, qui I memoria digni videantur, praeter reges. namque eos attingere nolimus, quod omnium res gestae ² separatim sunt relatae: neque tamen hi admodum sunt multi. Lacedaemonius autem Agesilaus, nomine non potestate fuit rex: sicut ceteri Spartani. Ex his vero, qui ³ dominatum imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt (vt nos iudicamus) Persarum Cyrus, & Darius, Hytaspis filius, quorum ⁴ uterque priuatus, ⁵ virtute regnum est adeptus. Prior horum apud ⁶ Massagetas in proelio cecidit. ⁷ Darius ⁸ senectute

Cap. I. ¹ Graeciae gentis] Ita plerique libri: pauci Graeciae. Gellius VII. 5 in terra Graeciae. C.

² separatim sunt relatae] Lambinus, Courtinus, & Vossius Hist. Lat. I. 14. Nepotis ipsius librum, quem de Regibus scripisset: Bosius aliorum scripta de singulorum rebus gestis intelligit, in cuius sententiam eundem esse censemus. Suos enim libros aliter noster solet indicare Vide Dione c. 3. n. 2, & Catone extremo. C.

³ dominatum imperio tenuerunt] qui non tales Reges fuerunt, vt in libera republica Lacedaemoniorum, sed qui suis absolute imperarunt, vt in monarchia Persarum. Nam *dominatio* & *dominatus* est absolutum imperium in subditos.

⁴ uterque priuatus] Cyrus quidem propter ignobilem patrem, quamuis regia matre natus erat. C.

⁵ virtute] est.

⁶ Massagetas] Scythica gens Massagetae, Straboni XI. p. 349 πέρην τῆς Κασπίου θαλάττης, magis tamen orientales, quam Dahae, qui ab illo mari incipiunt, ibidem p. 352. Melae quoque I. 2 sunt super Caspium sinum, at Ptolemaeo VI. 13 iuxta Ascataeam montem, quem inter Imaum & fontes Iaxartis ponit. C.

⁷ Darius] cum regnasset annos XXXVI. Herod. VII. 4. C. diem

3 diem obiit supremum. 9 Tres sunt praeterea eiusdem 10 generis, Xerxes, & duo Artaxerxes, 11 Macrochir & Mnemon. Xerxi maxime est illustre, quod 12 maximis post hominum memoriam exercitibus, 13 terra marique bellum intulit 4 Graeciae. At Macrochir praecipuam habet 14 laudem amplissimae pulcherrimaeque corporis formae: quam 15 incredibili ornauit virtute belli. namque illo Persarum nemo fuit 16 manu fortior. Mnemon autem iustitiae 17 fama floruit. nam cum 18 matris suae scelere amisisset uxorem, tantum indulgit dolori, ut eum 19 pietas vinceret. Ex his duo eodem nomine, 20 morbo 21 naturae debitum reddiderunt: 22 tertius ab Artabano praefecto ferro interfectus est.

8 senectute] ex. 9 tres] reges.

10 generis] gentis Persicae.

11 Macrochir & Mnemon] Artaxerxes Macrochir, Xerxis filius; alter Mnemon cognominatus, filius Darii Nothi. C. Macrochir dictus est, quia vnam manum habebat altera longiorem: Mnemon vero ab excellenti memoria. 12 maximis] cum. 13 terra] in.

14 laudem ampliss. pulcher. corporis forma] cui vt maior solito manus non obfuit: ita ipsa forma virtutem & fortitudinem, vt plerumque fit, non laesit. C.

15 incredibili] ex. 16 manu] in. 17 fama] ex.

18 matris suae scelere] Parysatis mater Statiram, filii uxorem, veneno necauit. Photius Excerpt. ex Ctesiae Persicis. C.

19 pietas vinceret] Pietatis hoc est adfectus in parentem. Supra Timoleonte cap. 1. n. 5. C.

20 morbo] ex.

21 naturae debitum reddiderunt] Tullius Tuscul. I. 39 Natura dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla praestituta die: Curtius X. 5. 3 velut omni vitae debito liberatus fatigata membra reiecit. C.

22 tertius] Xerxes. Adi Iustinum III. 1. C.

Ex

Handwritten notes in the left margin:
 ad uicem
 de
 Macrochir
 Mnemon
 Xerxes
 Artaxerxes
 Statira
 Timoleonte
 Curtius

Ex Macedonum autem genere ¹ duo multo ^{II} ceteros antecesserunt rerum gestarum ² gloria: Philippus Amyntae fillus, & Alexander Magnus. horum ³ alter Babylone ⁴ morbo consumtus est. Philippus ⁵ Aegis a Pausania, cum spectatum ludos iret, ⁶ iuxta theatrum occisus est. Vnus ⁷ Epirotes Pyrrhus, qui cum populo Rom. bellauit. is cum ⁸ Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, ⁹ lapide ictus interiit. Vnus item Siculus ² Dionysius prior. nam & ¹⁰ manu fortis, & ¹¹ belli peritus fuit, & id quod in tyranno non facile reperitur, ¹² minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius rei denique cupidus, nisi ¹³ singularis perpetuique imperii, ob eamque rem crudelis. nam dum id studuit munire, nul-

Cap. II. ¹ duo] reges. ² gloria] in.

³ alter] Alexander.

⁴ morbo consumtus est] morbo an veneno, disputatur notatis ad Curtium X. 10. 14. C.

⁵ Aegis a Pausania] Aegae Macedoniae oppidum. Diodorus XVI. 93 ἐν Αἰγείῳ τῆς Μακεδονίας Plinius IV. 10. Aegen vocat, ibique regum sepulcra ponit: idem Diodorus in Excerpt. Peiresc. p. 266 (vbi Aegeae dicuntur) regiam quoque sedem ἐστὶν τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας. C.

⁶ iuxta theatrum] ita etiam Diodorus XVI. 95 Nuptias enim celebrabat filiae Cleopatrae, Justin. IX. 6. C.

⁷ Epirotes] in Epiro regnans.

⁸ Argos oppidum] Liuius XXXI. 7 Argos, inquit, non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi nobilitatos. C.

⁹ lapide ictus] Ouidius in Ibin. v. 302.

Opprimat hostili tegula iacta manus. C.

¹⁰ manu] in.

¹¹ belli] in notitia belli.

¹² minime libidinosus, non luxuriosus] Cicero Tuscul. V. 20 De hoc homine [Dionysio] a bonis scriptoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam, in rebusque gerendis virum acrem & industrium, eundem tamen maleficum natura & iniustum. C. ¹³ singularis] monarchici.

M

lius

lius pepercit vitae, quem eius infidiatorem putaret. Hic cum ¹⁴ virtute tyrannidem sibi peperisset, ¹⁵ magna retinuit felicitate, ¹⁶ maiorque annis sexaginta natu decessit ¹⁷ florente regno. neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex ¹⁸ tribus vxoribus liberos procreasset, multique ei nati essent nepotes.

III Fuerunt praeterea multi reges ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum eius imperia ceperunt. In his ¹ Antigonus, & huius filius Demetrius: Lyfimachus, Seleucus, Ptolemaeus. Ex his Antigonus, cum aduersus Seleucum, Lyfima-

¹⁴ virtute] ex. ¹⁵ magna] in.

¹⁶ maiorque annis sexaginta natu] Libri habent, natus, quidam etiam annos. vnde Bosius legit maior annos LX. natus, hoc est ipso interprete, maior quam ante annos LX natus. Vfus quidem particulam ante expellit in hac forma; nescio autem an aequae quam ante. Ideoque Lambini coniecturam sequor, natu legentis pro natus, & retineo multorum librorum annis, vt etiam Boeclerus legit. Sic enim Ciceronem formula patronum habet. Acad. Quaest. IV. 19 aliquot annis minorem natu non dubitabo manere. De aetate Dionysii Cicero Tuscul. V. 20 duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, cum quinque & viginti annos natu dominatum occupauisset. C.

¹⁷ florente] in.

¹⁸ ex tribus vxoribus] Prima erat Hermocratis Syracusii filia, quae mortem sibi consciuit contumeliis adfecta ab iis, qui mariti tyrannidem impatienter ferebant. Plutarch. Dione sub init. Ceteras duas vno die duxit, alteram Locrensem, Syracusanam alteram, Hipparini filiam, Dionis sororem. Plutarch. & Cic. c. l. & noster Dione c. 2. C.

Cap. III. ¹ Antigonus & huius filius Demetrius] Satis in Eumene de Antigono: Demetrius est, qui Poliorcetes cognominatur; nec ceteri ignoti, primi reges Siria Thraciae, Aegypti, post Alexandrum. C.

chumque

chumque dimicaret, in ² proelio occisus est.
² Pari leto adfectus est Lyfimachus a Seleuco.
 nam ⁴ societate dissoluta, bellum inter se gesserunt. At Demetrius cum filiam suam Seleuco in
 matrimonium dedisset, neque eo magis fida inter ³
 eos amicitia manere potuisset; ⁵ captus bello,
⁶ in custodia socer generi periit morbo. neque ita ⁴
 multo ⁷ post, ⁸ Seleucus a Ptolemaeo Cerauno
⁹ dolo interfectus est: quem ille ¹⁰ a patre expul-
 sum Alexandria, alienarum opum indigentem
 receperat. ¹¹ Ipse autem Ptolemaeus, cum viuus
 filio regnum tradidisset, ¹² ab illo eodem vita pri-
 vatus dicitur. De quibus quoniam satis dictum ⁷
 putamus, non incommodum videtur, non prae-
 terire Hamilcaram & Hannibalem: quos & ani-

² proelio occisus est] proelium descripsit Plutarchus in Demetr. f. 902 Interfecto patre victus Demetrius fugit *συτρούως*, citato cursu Ephesum, ynde de loco proelii etiam coniectari potest, C.

³ Pari leto adfectus] itidem in proelio interfectus. Justin. XVII. 1. C.

⁴ societate] a, id est, post societatem.

⁵ captus bello] immo deditioe. Desertus enim a suis ad Amanidas portas refugit, vt Caunum iret, ad classem: cum vero minus tutumque iter esset, suadentibus amicis se Seleuco dedit. Plutarch f. 313. Justin. XVI. 2. C.

⁶ in custodia] construe: socer periit ex morbo in custodia generi. ⁷ post] mortem Demetrii.

⁸ Seleucus a Ptolemaeo Cerauno] Iustinus XVII. 2. C.

⁹ dolo] ex.

¹⁰ a patre expulsus Alexandria] Erat enim Ptolemaei Lagi filius. Vide Histor. nostram Antiq. p. 33. C.

¹¹ ipse autem Ptolemaeus] Lagi filius, pater Cerauni. Justin. XXI. 2. C.

¹² ab illo eodem vita priuatus] Hoc nemo praeter nostrum dixit, qui propterea videtur Lagidae tribuisse,

mi³ magnitudine & calliditate, omnes in Africa natos praestitisse constat.

quod erat Euergetae. Hic enim demum a filio Philopatore interfectus fuit. *Iustin. XXIX. 1. 5. C.*
³ magnitudine] in.

XXII.

HAMILCAR.

ARGUMENTVM.

1. Hamilcar extremis temporibus belli Punici I rem strenue gessit. Erycem defendit, suis, ad Aegates victis, pacem suavit, bellum mox renouaturus : arma Catulo postulanti negavit, 2 Cum pace facta Carthago a mercenariis intestino bello premeretur ; hic imperator factus fame, ferro rebelles adflixit, alienata oppida & otium patriae restituit. 3 His compositis in Hispaniam missus Hannibalem secum filium duxit, & formosum Hasdrubalem, cui filiam despondit, ne propter formam consuetudo suspecta esset. 4. Magnis rebus in Hispania gestis & Africa spoliis locupletata, in Vettonibus exstinguitur, prima fax belli Punici II.

I ¹ **H**amilcar, Hannibalis filius, cognomine Barcas, ² Carthaginensis, ³ primo ⁴ Punico

Cap. I. ¹ *Hamilcar Barcas*] Punica nomina ex Oriente petita. Prius regem, saltim consiliarium significat, Phoenicibus *Malca* vel *Milca* dictum : posterius ex *Barak*, vel *Barka*, fulmen sonat. C.

² *Carthaginensis*] Sub primo duce Carthaginensi de voce hac gentili notamus, sex syllabis scribi in pandectis Florentinis & pluribus lapidibus apud Manutium & Gruterum, etiam in columna rostrata, primi belli Punici temporibus inscripta : vt taceamus Prisciani regulam lib. IV. p. 633 (ed. Putsch.) hoc ipso exemplo illustratam, & versum Ennianum apud Ciceronem pro Balbo c. 22 *Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis,*

bello;